

nec sola natalium honestas attendatur, nisi & spes emendationis subsue-  
rit. Alias enim in pœnis distinctio personarum simpliciter attenditur,  
ut plebei, seu humiliore loco positi gravius: honestioris conditionis  
homines verò mitius puniantur. *l. 11. §. 1. ff. de Dolo malo. l. 4. §. 1. ff. de In-  
cend. ruin. nauif. l. 1. §. fin. ff. de furib. balnear. l. pen. ff. de Sicar. l. 10. §. 1. 16. §. 3. ff.  
de Pœn.* Meritò tamen hæc limitatio de spe emendationis additur, quia  
pœna in emendationem hominum constituta est, *l. 20. ff. de Pœn.* cujus  
spes si certò apparet, meritò acerbior pœna mitigatur. Tiraquel. *c. 28.  
num. 4.* Et *causa 29. num. 6. de Pœn. temperand. Tabor. p. 456. num. 4. §. 460.  
n. 11. Racemat*

Pœnæ autem mitigatio in honestioris conditionis fure consistit (1)  
*in restitutione quadrupli*, quæ quoque pœna antiquis legibus est confor-  
mis. Vide & Berlich. *part 5. Conclus. 43. num. 3. f. 50 & seqq.* Vide & Tabor.  
*in Racemat. p. 461. n. 12.* (2) *In incarceratione*, nimirum ut propter istud  
furtum in carcerem conjiciendus sit, si tantum non habeat in bonis, ut  
quadruplum, vel duplum ad minimum saltem simplum solvere  
exinde possit. A rei tamen furtivæ, vel ejus pretii restitutione non  
liberatur; sicuti etiam expensas alimentorum, & sumtuum aliorum  
refundere, & si incarceratus fuerit, antequam è carcere dimittatur, Ur-  
phedam præstare tenetur. Vide Bocer. *c. 1. num. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115.  
116. 117. 118. 119. p. 66. 67. 68. 69. §. 70. de Furtis.*

## ARTIC. CLIX.

*De furto violento, quod per effractionem, aut in locum  
superiorem adscensu fit.*

Von ersten gefährlichen Diebstalen/ durch Einsteigen  
oder Brechen/ ist noch schwerer.

**S**ed aber ein Dieb in vorgemeldtem Stehlen jemand's bey Tag  
oder Nacht in seine Behausung oder Behaltung bricht oder stei-  
get/oder mit Waffen damit er jemand der ihm Widerstand thun  
wolt/verlezen möchte/zu stehlen eingehet/solches sey der erste/oder mehr  
Diebstal/ auch der Diebstal groß/ oder klein/ darob/ oder darnach be-  
rühiget/ oder betretten/ so ist doch der Diebstal/ darzu/als obstehet/ge-  
brochen/